SPECIMEN MEDICO-OBSTETRICIUM INAUGURALE

DE

MANIA PUERPERALI;

QUOD,

FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE

RECTORIS MAGNIFICI

GERBRANDI BAKKER,

MEDICINAE PROFESSORIS ORDINARII,

SENATUS ACADEMICI DECRETO,

ET

FACULTATIS MEDICAE CONSENSU,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

IN CHORO TEMPLI ACADEMICI

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT

TJEPCO OOSTERLO,

YSBRECHTUMO-FRISIUS.

Ad diem XV Iunii MDCCCXXII. Hora XII.

GRONINGAE,

Apud W. ZUIDEMA,

Typographum et Bibliopolam.

PRAECEPTORIBUS

AESTUMATISSIMIS, FAUTORIBUS

SUIS OPTIMIS,

QUORUM NOMINA SEMPER SIBI SACRA MANEBUNT, OB PLURIMA IN SE COLLATA BENEFICIA, IN PUBLICUM GRATISSIMI ANIMI TESTIMONIUM,

Hocce Specimen, Academicorum ſtudiorum primitias, ſacrum facit

AUCTOR.

Salvo iure addendi, detrahendi, mutandique.

SPECIMEN MEDICO-OBSTETRICIUM INAUGURALE

DE

MANIA PUERPERALI. (1)

§ I.

Sub maniae puerperalis nomine talem comprehendimus vesaniam, quae mulieribus ex solo puerperio causisque, tunc tantummodo existentibus, accidere solet.

Cl. SAUVAGES olim scripsit: „mania lactea est species maniae, quae circa decimum „a partu diem cum delirio febrili mulierem „aggreditur; dein evanescente febre persevе„rat, atque iure tribuenda venit lactis reten„ti-

(1) Rationes, ob quas huicce morbo Maniae Puerperalis nomen imposuimus, redditae inveniantur apud F. B. OSIANDER Neue Denkw. fur Aerzte und Geburtsh. B. I. 79 seq.

„tioni, eiusque ſtaſi in cerebro." Neque tamen negandum est, iam ante partum quibusdam mulieribus peculiarem ad hunc morbum quandoque esſe dispoſitionem, qualis erat in nostra obſervatione.

§ II.

Phaenomena, ſive ut magis medice loquar, ſymptomata prodroma, ex quibus appropinquantem et imminentem apud puerperas maniam non raro praeſagire potuerunt, pasſim et disperſe a variis auctoribus annotata ſunt, quae vero coniunctim huc vel ad ſequentia ferme redire comperimus.

Cephalalgia gravis; vertigo; lipothymiae; ſomnus intermisſus, inquietus et, ita dictus, ſuspenſus; (2) baruëcoïa ſive auditus iusto hebetior; rubor faciei; anxietas; respiratio brevis; cordis palpitationes; pulſus celer, parvus

(2) Hippocrates in coac. 494 dicit: „Pesſimum „est, ſi neque noctu, neque interdiu dormiat, nam „aut ob dolorem vigilia adest, aut delirii affuturi haec „nota est." Conf. HIPPOCRAT. Contract. a THOM. BURNET. Ed. 2. pag. 15.

vus et tremulus; fitis aucta; alvus dura, adftricta; urina albida, quae per aliquod tempus fibi commisfa et relicta, denfum deponit fedimentum; dolores porro in brachiis, cruribus et dorfo; rheumatismi; „nec non merito," dicit VAN SWIETEN, (3) „funesta mala me„tuebat LEVRET, fi lochiis parce fluentibus „folito tempore non turgescerent mammae, „praecipue, fi inftantis delirii vel levisfima „figna apparerent, aut (*aegrae fcil.*) balbu„tire inciperent."

HIPPOCRATES hancce puerperarum maniam fuspicatus est, fi fanguis verfus mammas tenderet, (ita faltem fummi illius viri verba accipienda esfe arbitramur) dicit enim „mu„lieribus quibus fanguis in mammas in tumo„rem convertitur, maniam fignificat." (4) Quibus CELSUS fequentibus verbis annuisfe videtur „fuffufae quoque fanguine mulieris mam„mae,

(3) VAN SWIETEN, Comment. in H. BOERHAAV. Aphor. T. IV. p. 610.

(4) HIPPOCRAT. Aphor. Sect. V. aph. 40.

„mae, furorem venturum esse, testantur." (5)

Atque hancce obfervationem experientia quoque comprobatam invenit Cl. G. PLANCHON (6), qui historiam mulieris defcripfit, quae post partum valdequam laboriofum quidem fe ad meliora recipiebat, fed, quamvis mammae ei tumescerent, tamen lactis loco fanguinem ex iis fundebat, et octavo post partum die vehementi mania corripiebatur.

Nonnullae e contrario puerperae, enumeratorum phaenomenorum nulla perpesfae, inopinato atque protinus maniacae evadunt.

Roget forfan aliquis, quamobrem in eruendis atque dispungendis hisce fymptomatibus portendentibus tam laboriofus, et, ratione operis habita, tam prolixus fuerim, tali refpondeo, me in eadem fententia verfari cum DEMADE quodam, qui dicere folebat, maiorem gratiam medicis deberi, qui morbum ingruentem

(5) CELSUS, de Medic. Lib. II. cap. VII. p. 63. Ed. Lugd. Bat. 1746.

(6) G. PLANCHON, in Journal de Medicin. Chirurg. Pharm. par Monf. ROUX, Tom. XXVII. Alph. I. pag. 16.

tem arcerent, quam qui iam praesentem expellerent. Magis quippe optandum est, omnino non pati, quam a passionibus liberari.

§ III.

Quamvis Cl. REIL profiteatur, omnium maniacorum, quos sibi unquam videre contigit, vehementissima duo fuisse exempla, quorum unum gravidae, alterum puerperae acciderat; (7) tamen mania puerperalis non semper tam fervidae naturae est: varia enim intentione atque forma prodit, tum cum furore, loquacitate (8) et versificatione copulatur, tum iterum cum melancholia, tristitia ac taciturnitate in prospectum venit; plerumque tamen insomnia, systema nervosum plus minusve excitatum, atque vis musculorum,

(7) I. C. REIL, Ueber die Erkenntn. und Cur der Fieber. IV. 509.

(8) CELSUS, de Med. Lib. II. Cap. VII. p. 63. „Ergo protinus insania timenda, ubi expeditior alicu-„ius, quam sani fuit, sermo est, subitaque loquacitas „orta est, et haec ipsa solito audacior."

rum, nonnunquam mirifice aucta, eam concomitari solent. Ex hacce phaenomenorum prosequentium multiplici diversitate nonnulli tot maniae puerperalis species constituere voluerunt, quot formae pene observantur, sed, ut mihi quidem videtur, minus naturae morbi consentaneum.

Nonne melius esset, morbum in duas tantummodo dispescere species? —— Nonne simplicius, acutam modo et chronicam maniam assumere? Nonne symptomatum differentia a maiori minorive irritabilitatis gradu, interdum obvio, commode derivari possit? ——

§ IV.

Praedispositionem ad maniam puerperalem hisce circiter absolvi capitibus, a viris in arte summis memoriae proditum est.

Feminae sensibiliori systemate nervoso gaudentes, et in hystericum morbum pronae, quaeque prima vice partum ediderunt, huic affectioni inprimis obnoxiae esse dicuntur. —— Subinde vero tales, quae durante earum gravi-

viditate nimis frequenti venae ſectioni indulſerunt, et in rebus, ita dictis, ſex non naturalibus varia commiſere vitia; nec non illae, quibus in ipſo partus negotio iusto maior ſanguinis, omnium ſane principis ac primarii laticis, (9) amisſus ſupervenit, calamitati ſaepius memoratae potisſimum ſubiiciuntur.

Atque Cl. SELLE bene dixit „in puerpe„ris hic ſtatus" (*melancholia et mania nempe*) „eo facilius oriri poteſt, quum ſyſtema „earum nervoſum per partum ſit debilitatum, „atque adeo quaevis impresſio in eas effica„cior esſe posſit." (10)

§ V.

Graves atque diuturni capitis dolores; vigiliae diutius protractae; (11) lactis, lochiorum,

(9) D. I. F. BLUMENBACHII, Inſtit. Phyſiolog. Ed. 3. pag. 5.

(10) CHR. TH. SELLE, Medic. Clin. Ed. 1789. p. II. in fin.

(11) Somni defectus incitabilitatem cerebri augere perhibetur, atque hoc pacto veſaniae et maniae parens non raro factus est.

rum, ut et haemorrhoidum, (cuiusmodi exemplum affert Cl. OSIANDER), fluxus parcior aut suppresſus; alvus adſtricta, et ſordes, quae pesſima omnino conſuetudo est, iam ante partum in primis viis accumulatae; abuſus ſpirituoſorum; aestuans conclavis aer, nec minus refrigerium; (12) repentina porro et ſub imo pectore condita animi pathemata v. g. ſollicitudo magna, moeror, indignatio, offenſa, (13) terror, irae excandescentia, ceteraque multa, hic non recenſenda; haec omnia inquam conſideranda ſunt, tanquam tot cauſae occaſionales, quae maniae puerperali ſaepius anſam praebuisſe vulgo iactantur.

Haec tamen non eo ſenſu dicta nec accipienda velimus, quaſi nobis ſemper praeſentis alicuius maniae cauſa luce meridiana clarior appareret, nobisque in proclivi esſet, minime L. B.! Cl. SELLE non frustra dixerit „cauſam ſaepe penitus ignotam esſe, at-

„que

(12) Maniam puerperalem, quae ex hocce cauſa probabiliter originem duxerit, nos vidimus.

(13) Tale exemplar apud OSIAND. l. l.

„ que eundem caſum in una eademque puer„pera post quemvis partum ſub circumſtan„tiis admodum mutatis occurrere," (14)

§ VI.

Cl. RIOLANUS, VAN SWIETEN aliique fide dignisſimi auctores nobis retulerunt, ſe ſaepius cadaverum, nostra mania defunctorum, ſectionibus in cranio ut et in ipſis cerebri cavitatibus extravaſatam invenisſe materiem lacteam. Cl. SELLIO autem contrarium obtigisſe videtur, quamvis eius verba hac de re ambiguae ſignificationis ſint, dicit enim, „ ſubinde „ ſane metastaſis ad cerebrum fieri videtur, „ ſectiones autem *ſaepe* mihi cerebrum, quoad „ externam ſpeciem vitii expers ostendere." (15)

§ VII.

Quemadmodum in univerſum rarisſime Medico evenit, ut rem cum morbo ſimplici ac complicationibus libero habeat, ſic etiam mania puer-

(14) SELLE, l. l.

(15) SELLE, l. l.

puerperalis raro ſeſe ſimplicem, et ſine complicationibus offert, ſed plerumque aliis cum morbis, et quidem febribus, vulgo Typhoideis ſimillimis, copulata oriri vel ſaltem existere videtur; tametſi inflammatoriae, gastricae, bilioſae cet. eius complicationes, obſervatae fuerint; quo etiam factum est, ut nonnulli auctores, effectum cum cauſa confundentes, hac illave complicatione elucente, hanc pro morbi cauſa proxima ſalutarent.

§ VIII.

Quamquam quinto iam a partu die morbum efformatum videre nobis contigit, vulgo tamen tempore, quo lochia fluere deſinunt, puerperas invadere ſolet: quodque non perinde aut eiusdem praeſagii habendum esſe ex ſequentibus apparebit: nam Cl. REIL (16) ait „quo citius „post partum mania mulieres aggreditur, eo „prius iterum disparebit, ſed eo gravius quoque „existet;" quae quidem aliunde et probabiliter ab ipſo HIPPOCRATE mutuasſe videtur, quia il-

(16) REIL, l. l. B. IV. p. 292.

ille, medicinae parens, nobis retulit „puer-
„perii morbos ex fuppresfis purgamentis, post-
„quam haec aliquamdiu rite procesferint, lon-
„giores esfe et debiliores illis, qui citius
„fupervenerint." (17)

Non femper eadem ratione mania nostra ad finem perducitur, alias enim regulares aut irregulares intermisfiones facit, alias per ftata incertave intervalla obfervatur, rarius vero eam asfiduo vigore terminum pertingere videmus.

Puerperarum hae per breve tantum temporis fpatium ea plectuntur, dum aliae contra per aliquot hebdomades, nonnullae per plures menfes, immo aliquae per longam annorum feriem eam perferre debeant; nec non calamitofae atque miferandae dantur, quas totam vitam maniacas transegisfe, fparfim legimus, quarumque miferiae medicina eheu! fuccurrere non potuit. Quod infortunium ab eo derivandum esfe, non inprobabiliter mihi vifum est, quod lochiorum menftruorumque fluxus apud tales nunquam redintegratus fit; post pedetentim fal-
tem

(17) HIPPOCRAT. de morb. mulier. L. I. cap. 62.

tem ingresſam menſtruorum vel lochiorum ſuppresſionem maniam chronicam ſecutam esſe, legatur apud Cl. REIL. (18) Attamen feminam mania chronica, ex puerperio oborta, iam diu novi laborantem, cuius fluxus menſtruus non ſolum ſtatutis temporibus bene procedit, ſed etiam magnam ſanguinis quantitatem effundit.

§ IX.

Veterum de maniae puerperalis prognoſi atque prophylaxi erroneae opiniones multae iam dudum in vanum abierunt; opinabantur nempe maniam puerperalem incurabilem fore, atque Cl. SAUVAGES ſcripſit, „rarum hunc esſe „morbum et ut plurimum inſanabilem," nostro autem aevo iam plures huius maniae curatae caſus hic et illic leguntur, qui tamen omnes demonſtrant huncce morbum inter graviores esſe referendum. Prognoſis autem huius maniae ſpeciei, quae nunquam valdopere fausta dici potest, ſequentibus praecipue abſolvitur.

Quo citius post partum mania puerperas af-

(18) REIL, l. l. p. 404.

afficit, eo brevior plerumque illius est decursus, sed etiam eo gravior: et contra.

Maniacae, quibus os (19) ad hoc illudve latus convellitur, subito aphonia oboritur, atque brachium vel crus voluntario subducitur motui, plerumque vitae metam tetigisse feruntur.

Alvi, vel ut CELSO loqui mos est, ventris fluorem in hac affectione boni esse ominis credibile fit ex Cl. BOERH. Aphor. 779. Atque insuper ex eo, quod eo modo humores a superioribus ad inferiora deriventur, atque sic indicationi quartae, postea memorandae, satisfiat.

Per urinas optimam obtinere crisin, exponit OSIANDER. (20)

Sudorem, simulac universalis erumpat, avi secunda venire facile intelligendum, nam cutis constrictionem sublatam, humorumque, maniam facientium, revulsionem ex intimis factam

(19) Talem oris spasticam affectionem non semper mortis imminentis esse indicium, nuperrime nobis fas fuit observare.

(20) F. B. OSIANDER, l. l. p. 59.

tam fuisse, eorumque agmen ad corporis exteriora tendere, significat.

Perpauca de maniae puerperalis prophylaxi auctores in medium protulerunt. Nonnulli cum Cl. SELLE putabant, (21) morbum medicaminibus roborantibus, extra graviditatis periodum adhibitis, praecaveri posse; ast vero hacce methodo neque praedisponentes neque occasionales causas e medio tollendas esse, e supra dictis elucere videtur, atque optimam prophylaxin consistere in evitandis omnibus illis causis, quas § § IV. et V. enumeravimus.

§ X.

Tandem pervenimus ad maniae puerperarum curandae modum, quem breviter exponere debemus, cum ob penuriam observationum de hacce materia, tum ob nostram tenuitatem; ipsas autem indicationes generaliores sequentibus comprehendi arbitramur.

Prima indicatio requirit, ut causae remotae, si adhuc praesto sint, pro varia earum indole tollantur.

Se-

(21) SELLE, l. l.

Secunda, ut ad characterem ſeu morbi naturam probe attendatur, et varia diverſaque ratione procedendum ſit, pro uti malum, quod asthenicae magis quam ſthaenicae indolis esſe ſolet, efflagitet.

Tertia deſiderat, ne complicationum memoria deponatur, ut et harum medicina inſtituatur.

Quarta denique, (nam plura clinices praecepta hic exhibere nec lubet nec licet), postulat, ut nobis ſemper in cenſum vocemus, nos in mania puerperali ſaepenumero rem habere cum iusto maiori humorum verſus caput affluxu, atque idcirco vigilemus, ut ad inferiores corporis regiones eorum ducatur impetus.

Hasce autem indicationes ulterius elaborare, quomodo ſcilicet cuique earum ſatisfieri queat, non huius loci esſe credimus, neque temporis permittunt angustiae, neque ſcopus noster propoſitus; etenim nos modo maniam puerperalem velut primis lineis deſignare voluimus, easque in meliorem partem ut vertat, Lectorem benevolum rogamus.

*

HISTORIA MANIAE-PUERPERALIS OBSERVATAE.

A. B. femina, viginti quinque annos nata, corpore gaudebat salvo et vegeto, si leves asthmatis affectus, atque haemoptoes accessus, quem ante longum tempus illa perpessa fuerat, excipiantur.

Ceterum temperamentum ei erat cholericum, illaque nunquam ingenii dotibus excellens, nunc vero prima vice utero ingravescens, minus sese offerebat aptam acutis naribus.

Mulier haecce, postquam mense proxime dilapsi Septembris GRONINGAE in Nosocomium obstetricium suscepta fuerat, ibique multa sanae menti incongrua, nec non plura subabsurda, et ad claudicans ingenium composita blateraverat, bona fructa est valetudine, donec die decimo Novembris hora matutina quarta tantos ad partum percepit dolores, ut IUNONIS LUCINAE opem ac obstetricatoris subsidium precibus peteret omnibus.

Ar-

Arcesſitis igitur artis obſtetriciae cultoribus, gravida de doloribus conquerens, ceteroquin belle ſe habens, invenitur; deinceps exploratione inſtituta ſequentia revelabantur; orificium nempe uteri clauſum, ſymphiſi ſacro-iliacae ſiniſtrae obverſum, atque ob altam in pelvi poſituram difficile attingendum.

Eiusmodi fere ſub conditione res ſubſtitit ad horam usque undecimam inſequentis diei antemeridianam, quo tempore, doloribus creſcentibus veris, uteri oſtium ad latitudinem unius propemodum pollicis dilatabatur; de meridie illud adhuc eandem fere tenebat formam, etſi ad partum nixus bonae indolis, legitimeque intermittentes adesſe viderentur; ita dehinc parturiens ad horam nonam veſpertinam incasſum torta eſt: quo tempore accidit, ut dolores veri cuncti intabeſcerent, cumque ſpuriis ſeu contractionibus ſpasmodicis permutarentur; cui quoque infortunio protinus ſeſe adiunxere fortes et matri doloroſae foetus commotiones; ita quidem, ut manu, abdomini admota, facillime detegendae esſent. —— Nunc vero per aliquod

temporis ſpatium re ſibi relicta, aeque infausta manſere ſymptomata, et laborans continuo eiulatus de dolore topico ac foetus motubus duris edidit; pulſus fuit parvus atque tremulus, nec non vertigine et anxietate vexata, per totum corpus pasſa est convulſiones, una cum incommodis, hisce coniugis. — Sic tandem elucente mali cauſa, vena ut ſecaretur prospectum fuit, quo ſex unciae ſanguinis mitterentur: hinc factum est, ut pulſus liberior, plenior redditus et pectoris anxietas ſublata ſint; ſed ſimul etiam cruciabiles illae foetus commotiones iterum redierunt. — Nocturna denique hora ſecunda, auxilio Cl. G. BAKKER implorato, una adhuc venaeſectio unciarum quatuor inſtituta, et laboranti in magnam, qua ardebat, ſitim potus refrigerans porrectus est: paulo inde post parturiens placido conſopita ſomno, ſudorem emittebat boni ominis, et lateri incumbens ſiniſtro, dolor e dextro topicus evanescebat.

Novembris diei XI prima aurora parturiens melius ſe habet, uteri orificium magis diductum

tum, atque iam in pelvis centro poſitum invenitur; abdomen, cum valdequam tenſum ſit, unguento ſuffricatur oleoſo, et dein calidum ex Flor. Chamom. et Far. Lin. cataplasma illi imponitur; hisce demum peractis, dolores ad partum fortiores, regulares et veri oriuntur, ostium matricis disparet, membranae ad postremum efficaciter tenſae vesperascente coelo rumpuntur, atque uno eodemque dolore gravi infantis caput, quod magnum, enixum est. Reliquum proinde, quod ſupererat, partus negotium nil ſingulare nec proprium offerebat; infans masculini generis ponderi aequabat $8\frac{7}{8}$ ℔.

Morbi ipſius historia.

Quum puerpera postero viſitaretur die, lochiorum fluxus et lactis ſecretio ex voto iuxtaque naturae normam peragebantur; ita ut puerpera lactens primo a partu die commoda gauderet valetudine, quamquam nugarum gratia iam nudo pede lectum deſeruisſet, aliena multa, multa garrivisſet vilia, et non ante profundam noctem lumina merſisſet ſomno.

II. a partu diei hora undecima illi febris accesſit, quae ad vesperam copioſis ſudoribus univerſalibus ſoluta est.

III. die puerpera moroſa atque difficilis, ut erat, impetuoſe et neutiquam honeste adverſus praeſentes ſeſe gesſit, lecto ſaepius deſiliit; unde vesperi pectoris oppresſione affecta pulſum praebet iusto celeriorem, ſudoremque emittit.

IV. Febrilia rurſus ſeſe ostenderunt ſymptomata, ac quia aegrotans per triduum non depoſuisſet alvum, ei laxans propinatum est, quod nocte inſequenti duas concievit ſedes; puerpera vero angoribus implicita, nec non magna inquietudine vexata, plus ſemel e lecto deſiliit, quo ſimul caetera phaenomena recruduerunt omnia, et

V. a partu die matutino tempore indicia Maniae Puerperalis in conſpectum prodiere. Hoc autem temporis articulo protinus garrulitatem ſuam cum tanta permutat taciturnitate, ut ad quaestiones, illi oblatas, nulla prorſus respondere vellet. Ceterum oculos in unum punc-

tum

tum fixos tenet, interdumque fubito exiliens, et de dolore ad partum conquerens, adftantium auxilia ad partum abfolvendum enixe follicat. Bis adhuc infanti fuo, alias adamato, ubera praebens, ei noxas inferre tentabat, quapropter illum a matre remotum teneri cautum est. (1)[a] Vesperi omnia fymptomata vehementer increscunt, aegrae appetitus penitus est prostratus, et potum illa pertinaciter recufat; furor oboritur indomitus, tantus, ut manus puerperae ligari debuerint. (2)[b] Nunc finapismi pedibus applicabantur, (3)[c] et pulveres praefcribebantur ex Camphor. gr. $\frac{1}{3}$ et Nitri pur. gr. IV. (4)[d], qui ingeri tamen nullo modo, potuerunt. Continuo fefe affirmat, fe fitire, et nihilominus, nifi vi coacta, omnem potum recufat. Durante hocce maniae incurfu duae ei fupervenerunt fedes involuntariae, dum ipfa furibunda totam transegit noctem opprobriis in ali-

a Conf. Specim. nostri pag. 28.

b Conf. idem l. l.

c Conf. idem pag. 30.

d Conf. l. l. pag. 31.

alios evomendis, alternisque de rebus divinis atque obſcoenis habendis ſermonibus.

VI. die mane magis quiete decubuit, ita quidem, ut ſua ſponte copioſe inceperit bibere, querimoniis attamen factis de lasſitudine et vertigine: tusſis tunc temporis molesta aderat, qua multa pituita tenax eiiciebatur; pulſus ſeſe offerebat admodum celerem, immo 140 ictus in minuto primo ferientem. Ut hocce tranquillitatis atque intermisſionis ſtadium promoveretur, aegrae datum est remedium papaverinum. (5)[e]

Medio huius diei puerpera inopinato ad ſe rediit, et deinceps placido connivens ſomno, (in quo tamen aliqua ſpastica oris et faciei affectio obſervata fuit) ex eo non prius evigilavit, quam nox erat provecta.

VII. die primis diluculis ab omni parte melius ſe habet; lactis enim ſecretio in mammis valdopere est aucta, lochia quodammodo fluunt, et arteriarum ictus, 36 pauciores, quam heri, numerantur. Sequens hoc in ſtatu praeſcriptum est

R.

e Conf. Spec. l. p. l. 33.

R. Camphor. gr. IJ,
Pulv. Dov. gr. XXIV,
Nitr. Pur. drach. ß,
Sacch. alb. drach. I. ß,
M.
F. Pulv. No. XII.
S. omni bihorio pulvis.

Post meridiem autem puerpera iterum insigni febre correpta est, quae, frigore sat valido aggressa, sudoribus profusis terminata est. — Aliquo abinde tempore dilapso, illi repente dolor in regione sinistra abdominis obortus est, aegre tactum ferens.

VIII. a partu die totum abdomen valde tumidum erat, nec tamen dolebat: pulsus numerabantur 128; alvus immota et lactis secretio in mammis diminuta erant; lingua videbatur parum infarcta et os siccum. Continuat medicamentum. Applic. Hirud. II. loco dolenti; et dein Cataplasm.

Hora vespertina octava cum febris exacerbatione delirium admodum ferox rediit, quod totam noctem duravit.

IX. iam quidem puerpera aliquomodo ſibi conſcia est, tamen per intervalla mentis alienatae indicia praebet; pulſus valdequam celer vix ac ne vix quidem numerari potest; ſedes adfuere involuntariae, copioſae; atque lactis ſecretio iusto parcius peragitur.

R. Emulſ. comm. unc. XII,
Pulv. Gum. Ar. drach. I,
Camphor. gr. IV,
Syr. Pap. alb. unc. I,
M. D.
S. omni hora cochlear.

Sole a meridie devexo iterum vehemens admodum delirium rediit, ad vesperam usque continuatum, quo durante puerpera furioſe in praeſentes grasſata est.

X. Hodie magis ſui compos est aegrotans, oculos tamen vividos et ſcintillantes habet; abdomen nil amplius dolet; mammae ſeſe flaccidas ostendunt; alvus ſaepius, involuntarie de-

depoſita est, atque 132 pulſus numerantur. Rep. Emulſ. et applic. Hirud. IJ. Collo.

Meridiana vero hora delirium iterum reverſum est, at non tam grave, quam antea; nox inſequens puerperae ſatis quieta et commoda fuit.

XI. A partu die mane mens rurſus illi conſistit; pulſus hucusque eandem fere celeritatem retinet, ut et frequentiam; ſedes involuntariae rediere. Rep. Emulſ.

Crepusculis vespertinis febris una cum delirii exacerbatione obtinuit, levior tamen dextrisque comitata auspiciis; cum ipſa aegrota, ſe data ſomno, in medios propemodum dormivit dies.

XII. Hocce die, licet mente conſtans fuerit, lectum contaminavit, fortasſe ex incuria ſibique propria perverſitate; pulſus numero fuere 112. Rep. Emulſ.

Pomeridiano tempore febris, uti et delirium, ſed minutatim valde, exacerbaverunt.

XIII. Pulſus obſervatur hesterno ſimilis; deiectiones alvinae, non involuntariae, duae

adfuere. Tusſi vero moleſtae per aliquot iam dies cum muci tenacis expectoratione aegra obnoxia fuit, quamobrem porrectum eſt

R. Pulv. Rad. Ipecac. gr. IIJ,
Sacch. alb. drach. I.
M.
F. Pulv. No. IX.
S. omni bihorio pulvis.

XIV. Puerpera in eadem fere conditione adhuc verſatur; pulſus interim illud ſingulare exhibet, quod nempe ille, licet cetera phaenomena minus quadrent, tam parvus ſit, ut vix ac ne vix quidem recognosci posſit, qui ſtatus forſitan ab animi deliquio, iam obvio, dependeat. Repet. Emulſ. ac pulveres.

XV. Iam debita ratione pulſus ſentiri et numerari poteſt; ita ut, quae heri aderat conditio, ſit derivanda ex lipothymia: lochia iterum fluere incipiunt, nulla tamen lactis ſecretio obtinet. Continuat.

XVII. Reconvaleſcere incipit, lactis ſecretio iterum ex voto perficitur; continuat ad-

huc

huc tusſis: queritur de aliquo dolore in hypochondrio ſinistro. Rep. Pulv.

XXII. die post partum, augetur hypochondrii dolor, licet alioquin puerpera bene ſeſe habet.

R. Sem. Foenic. dulc.
Pulv. Flor. Liquir. āā drach. IV.
D.
S. omni trihorio digitabulum.

Linimento volatili abdomen ungitur.

XXX. Queritur de appetitus defectu et aliqua febricula. Exhibetur laxans.

XXXIII. Appetitus deest, artus omnes dolore afficiuntur. Datur diaphoreticum.

Et tandem brevi post Noſocomium ſana reliquit.

*

ANNOTATIO.

(1) In cafu, de quo hic agitur, eique congeneribus lactis excretioni quocumque demum modo profpiciendum esfe, congruum quin imo necesfarium videtur, ut ita nempe periculum fubfugiamus, amoliamur, ne alia organa fecretoria huius fecretionis vices gerant. — Nihilominus tamen addendum cenfeo Cl. I. VOGELII effatum: „Freilich lasft zich diesf alles beij „rafenden Menfchen besfer rathen als aus„fuhren."

(2) Quodfi reliqua medicamina fallant, non posfumus, quin hic magnetismum animalem commendemus, ob eximias virtutes, quas in mania puerperarum curanda, aut fymptomatibus nervofis levandis, plus femel praeftitit.

Postremi exemplum inter alia annotatum invenimus apud Cl. OSIANDER (a), quo ad fpasmos, partum impedientes, tollendos Laud. Li-

(a) OSIANDER l. l. p. 93.

Liquid. Sydenh. absque ullo levamine propinatum fuerat, ubi tamen prava haecce conditio levi extremitatum frictione pro meliore ſtatim immutabatur; et alio loco (b) idem testatur, ſola magnetismi animalis applicatione ipſam maniae exacerbationem mitigatam, multoque leviorem redditam esſe, ita quidem ut furibundae ligatio omitti posſet.

Abnormales porro virium vitalium actiones Magnetismo animali emendantur, earumque aequilibrium restituitur. Nec minus functiones variorum organorum debilitatas corrigere valet memorata medicina; ſic e. g. appetitum deiectum et digestionem labefactatam redintegrat; atque alvi depoſitionem, ut ſecundum normam peragatur, procurat. (c) Plures praeterea ſecretiones et excretiones promovet, uti cutis, uteri cet. quorum functiones impeditae valdopere huic morbo nocent. Inſuper his magnetismus animalis multos alios bonae notae exſe-

(b) OSIANDER l. l. p. 117.

(c) Bijdragen tot het animal. Magnet. door G. BAKKER, H. WOLTHERS, en P. HENDRIKSZ, 2de ſt. § 103.

ferit effectus, imo et ipfius mentis facultates alienatas ad pristinam revocare potest integritatem; cerebro denique, turbato et operum quafi fesfo, quietem pacemque conciliat, fomnumque allicit, ex quo Maniaca renata, ut ita dicam, et refecta excitatur. (d)

Quicumque iam tot ac tales egregias magnetismi animalis dotes in curanda puerperarum mania perpenderit, non mecum opinionem fovebit, istum in vefània puerperio fuperftite, ubi cutis, uteri, intestinorum cet. functiones impeditae fint, fimulque fystema nervofum atque musculofum praeter ordinem agat, faepius omnino applicandum esfe: inprimis fi in mentem revocemus, maniam hancce curatam fuisfe folius magnetismi animalis applicatione. (d)

(3) De loco, ubi applicanda funt rubefacientia atque veficantia, variae inter auctores fententiae exftiterunt, quae tamen omnes huc fere redire arbitror; ut capiti imponantur, cum cerebrum iusta careat incitatione; remotis contra a capite partibus, cum mania incitato praeter

(d) (d) Bijdragen etc. l. l.

ter modum cerebro tribuenda ſit. Porro magnum inprimis conſenſum cerebrum inter et genitalia aliasque disſitas partes obtinere, res manifesta est, ac percelebrata: nam ſimulatque organa genitalia in actum ducantur, cerebri incitabilitas ac ſenſibilitas diminuuntur, et ad modum rediguntur; quo una ſaepe totius ſystematis nervoſi ſenſibilitati obicem poſitum videmus.

(4) Ratio, quare in nostro caſu nitrum cum camphora coniunctim praeſcribebatur, in promptu est: ſimodo animadvertamus, nitrati potasſae propriam inesſe atque peculiarem vim, qua musculorum nimis elatam et actuoſam vitam infringere valet; inſuper camphorae admistum posterioris medicamenti ſtimulum in fibram muscularem mitigare videtur, atque aegrotis magis beatum, meliusque vertens reddere ſolet.

Quod proinde ad camphorae doſin, quae hic adhibita fuit, adtinet, eam nonnullis nimis parcam viſuram fore, minime nos effugit; ſed audiamus hunc in finem Cl. IAHN dicentem: „in eiusmodi melancholia et mania, quae in

„ puer-

„puerperio oboritur, atque lacti metastatice „fecreto tribuenda venit, camphora valde pro- „dest, ac etiam minoribus dofibus magnam „praebet utilitatem." (e)

Porro medicamen hocce iusto tempore, modo, et debita quantitate exhibitum, cerebri nimiam incitabilitatem et impetuofam actionem diminuere et ad aequum revocare folet, atque huius rationis ergo verisimiliter tantos in mania praeftat effectus, tantisque praecedenti feculo encomiis celebratum est.

Hic filentio mulieris iunioris historiam, memoratu omnino dignam, praeterire nefas foret, quam nobis Cl. STOLL (f) reliquit; quo in cafu omnia remedia incasfum adhibita fuere; quo antiphlogistica conditionem continuo depraverunt, fed folummodo larga Camphorae fuppeditatio aegrae folamen atque falutem afferre potuit.

Fatendum tamen est, ubivis hancce medicinam minime indiscriminatim posfe adhiberi, et

(e) JAHN, Mat. Med. in voce.

(f) STOLL, Rat. Med. p. III. pag. 180.

etenim fordes in primis viis obviae, nec non plethora praefens faepius eius ufum prohibent, qua propter haecce impedimenta prius e medio tollenda funt, quam ad Camphorae opes caute confugiamus.

(5) Quidquid etiam praeteritorum feculorum Methodici et Empirici, ut vocantur, medici de opii ufu in maniacis inter fe litigaverint, hodie autem fatis evictum atque experientia cuivis apertum esfe credimus, opium in vefania, cum erethismo faltem, et fine caufa materiali inter cetera remedia non infimum tenere locum; atque RIVERIUM nec inique nec falfe fcripfisfe „ad phrenitidis affectus cu„rationem non unico fed diverfis opus est me„dicamentis: iis vero omnibus addenda funt, „tanquam facra anchora, remedia narcotica, „ut funt Syrup. de Nymphaea, de papavere „albo, laudanum cet.” (g)

Opiata enim cerebri fenfibilitatem nimis auctam imminuere, eius actiones impetuofas fedare at-

(g) RIVERII, Reform. Prax. Med. p. I. pag. 65.

atque in nostrae fimilibus affectionibus faluti-ferum folet afferre fomnum, cuius de prae-ftantia in maniacis celfus testatur „ omnibus „ vero fic affectis fomnus et difficilis et prae-„ cipue necesfarius est, fub hoc enim plerique „ fanescunt." (h)

Huius loci non alienum videtur, verbo di-cendum de discrimine, quod opii inter atque Syrupi Pap. alb. effectus intercedit. Primum fcilicet medicamen ad actiones nimias mitigan-das folita dofi administratum vulgo vim fuam excitantem manifestare folet, antequam medici fcopo fatisfaciat, nec raro illud actiones prae-ter fpem exferere videmus: postremum e con-trario minime hoc laborat vitio, nam uti in nostro cafu, fic et ubivis ferme protinus pla-cidam affert conditionem; neque hic filentio praetereundum, Cl. BAKKER in quam plurimis morbis praefcripto Syrupo Pap. alb. dolores ac fymptomata nervea fedata et placidam noc-tem infecutam vidisfe: ubi minus defiderabilem medicinam ipfum conftituerit opium.

THE-

(h) CELSUS, de Med. L. III. cap. XVI. § 5.

THESES.

I.

Necesſitas inevitabilis moriendi ex ipſa ſtructura corporis ſequitur, adeoque mors homini aeque naturalis est ac ipſa vita: hinc vere effatus est Cl. VAN ROYEN: „*Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.*"

II.

SENECA *recte dixit:* „*non fuit tam inimica natura, ut cum omnibus animalibus* „*facilem actum vitae daret, homo ſolus non* „*posſet ſine tot artibus vivere.*"

III.

DEMOCRITUS *dicere ſolebat, et ei aſſentimur: „Si corpus animum in ius vocaret, haud quaquam futurum, ut ille muneris male administrati crimen effugeret. „Animus in corpore veluti praeſidio collocatus est, et tamen pleraque mala corpori „ab animo veniunt."*

IV.

Arſenicum in prudentis medici manu efficacisſimum nonnunquam est remedium.

V.

„Non est in medico, ſemper relevetur ut aeger,
„Interdum docta plus valet arte malum."

OVID.

VI.

Recte effatus est HIPPOCRATES: *„puerperis a partu criſes contingere."*

VII.

Nec minus verum Idem: „omnino medi-„cum ſua prudentia obviam ire convenit „morbis inſtantibus, et naturis, et anni „temporibus, et aetatibus, contentaque ſol-„vere, et ſoluta intendere."

VIII.

Recte STOLL: *„oculatum medicum esſe „oportuit et emunctae naris, ni inſidentem „ventri phlogoſin voluerat praeter videre. „Decepit pulſus, deceperunt vomitiones ſa-„burrales, aeruginoſae, vermes ore reiecti, „ut motae turgentisque ſaburrae molimina „crederes, quae potius ab incendio fuerant „intestinorum."*

IX.

Nimis frequenter accuſatur STOLL *de methodo gastrica.*

X.

Docet SPRENGEL, *crustam inflammatoriam haud adesse in sanguine vasis suis circulante, illamque absolute indigere libero ad sanguinem prosilientem aeris accessu; refutatur vero hac in re ab* YPEIJ, *sed inique.*

XI.

RICHTERI *effatum:* „*Eine ganz rein* „*sich auf das Brustfell beschränkende Ent-* „*zündung kann natürlich niemals mit spu-* „*tis verbunden seijn,*" *negamus.*

XII.

Phrenitidis et Maniae symptomata pathognomonica non existere videntur.

XIII.

Vomitus vomitu curari, vetus et certo censu verum habemus proverbium.

XIV.

Dysenteriam Catarrhalem eandem membranae mucosae intestinorum esse affectionem, ac faucium catarrhum, contendimus.

XV.

Tartarus Emeticus non ex oxydulo stibii fusco, sed ex griseo, seu pulvere Algarotti praeparari debet.